

tibus, utpote qui agunt quidem, sed dependenter atque  
instar delegatorum. Optimè optimus deducit hanc rem  
diversis locis Bodinus cuius unicum locum, cum videa-  
tur palmaris bona referre fide esto integrum: Illud, in-  
quit, admonendi sumus, Reip. statum ab imperandi ratione  
plurimum distare, quod ante a nemo, quantum intelligere po-  
tuimus, animadvertis. Nam Reip. status Regalis esse potest  
gubernatio tamen popularis futura est, si Rex omnia Imperia,  
Sacerdotia, curationes, honores, Magistratus, Patricius vel  
divitibus vel fortibus vel studiosis tantum impetrat, Regia er-  
it potestas, & quidem simplex & pura, sed Aristocratica ra-  
tione temperata. Non tanquam authenticā hæc vendito,  
sed ea tamen, quibus ex supra dictis facile suffragamur,  
imprimis cum cæcutire nolim, quos hac in parte habeo  
suo. ¶ 85 Herman. Kirchn. In orat. de statu Monarch: & de  
Republica disp. 3. Thes. 6 Gotb. Anton. in Disp. Anti Vult. de po-  
et stat. Imperij & bodiern. Impij, statu Christoph. Besold. lib. 3.  
polit. cap. 5. Daniel Otto in J. P. cap. 3. Althus. cap. ult. Polit. n.  
fr. &c.

### Thef. 6.

Hic vero status denuo duplicitis est considerationis. Au-  
enim ex quanto est, aut ex quali. Ex quanto status par-  
tim ambitus terrarum respicit atq; latifundia, quo in sen-  
su Bodinus Hispaniarum Regis potentiam omnibus præ-  
fert Imperij, allectus fortæn ex ambitioſo illo Imperij  
Hispanici titulorum agmine: *Philippus Dei gratia, Rex*  
*de Castilia, de Leo, de Arragon, de Sicilia, de Jerusalen,*  
*de Portugal. &c.* partim Imperij jura superioritatis ma-  
gnificentiam & splendorem interiorem sceptri scilicet &  
trabeæ. Ex quali status à Majestatis habitudine sive po-  
testate in Imperio summo fluit, atque hæc basis est & de-  
cem peda ad quam in dijudicando alicujus Reip. statu u-  
num ab altero distinguimus.

### Thef. 7.

Remotis hisce difficultatū spinis nunc feliciori delinimo  
penicillo